

## DOCUMENTOS

---

### I

#### FUEROS Y PRIVILEGIOS DEL CONCEJO DE PANCORBO (BURGOS)

Publicamos reunidos a continuación algunos fueros y privilegios concedidos por diversos Reyes al Concejo de Pancorbo (Burgos) y estudiados por nosotros en el Archivo de Silos, según las copias de los originales hechas en el siglo XVIII por el padre Liciniano Sáez. Estos fueros y privilegios de Pancorbo —hasta ahora inéditos— fueron objeto de una comunicación que tuvimos el honor de presentar a la Semana de Historia del Derecho español, celebrada en Madrid y Salamanca del 25 de abril al 3 de mayo de 1932.

D. LUCIANO SERRANO, O. S. B.

*Alfonso VII otorga a Pancorbo la autonomía judicial y establece sus límites municipales.*

Burgos, 8 de marzo de 1147.

[Archivo de Silos. Ms. 10, fol. 3, copia del padre Sáez, sacada de otra particular de 1329, que carece del texto referente a los límites municipales; *Ibid.* Ejecutoria original del monasterio de Ovarenes, con fecha 1542, en un pleito con Pancorbo: trae los fueros en toda su extensión, pero con lectura viciosa. Estos fueros confirmaron Alfonso XI en 24 de julio de 1318 y 22 de diciembre de 1339; Pedro *el Cruel* en 10 de octubre de 1351; Enrique II en 10 de septiembre de 1371, y Juan I en 10 de agosto de 1379. La fecha debe ser era 1185 en vez de 1183: fá-

cilmente se confunde VII con III en las copias medievales; por otra parte, entre los obispos confirmantes de estos fueros figura don Víctor como electo de Burgos, que consta no lo fué hasta fines de 1146, habiendo muerto su antecesor, Pedro, en junio de este año. El *Índice de Fueros*, pág. 179, dice hay una copia de este fuero en la Colección Avellá, t. X: no la hemos encontrado.]

In Dei nomine et eius gratia, amen. Sicut nascens homo nihil infert mundo, sic moriens nihil profert secum. Propterea ego Aldefonsus, Dei gratia totius Hispanie imperator, una cum coniuge mea imperatrice Berengaria concedente et cum filio meo rege Sancio, pro remedio anime mee et parentum meorum et salute propria facio cartam donationis, absolutionis et libertatis vobis toto concilio de Pontecurbo presenti et futuro, in perpetuum valituram.

Dono itaque vobis pro foro, et in perpetuum jure hereditario habendum concedo ut de cetero imperator nec rex nec dominus ville in Pontecurbo ponat nec ponere debeat iudicem nec maiorinum pro foro nec pro premiam nec per violenciam; et quod nullus maiorinus habeat potestatem exercendi officium in aliquem vicinum de Pontecurbo.

Dono et vobis dicto concilio de Ponte corbo terminis qui incipiunt in Rivo cavato et vadit usque ad infestam de la frecha, et per ipsum lomo procedendo exit ad viam que dicitur Calçada: et ista Calçada dividit terminum inter Pontem curbum et Valluercanes et vadit per summam lomam de Altable, et ascendit ad Repellam, circa lacum de mulis, et vadit ad ecclesiam de Sancta Illana que est inter Trepeanam et Altable, et de Sancta Illana vadit ad fonte Buxedo, et inde vadit ad Repiellam de Arçy: et per villam de Arçi a ecclesia Sancte Marie de Arçe cum nobis passibus in circuito est alfoz de Pontecorbo, et exit ad Fonte de Arçi; de Fonte de Arçi vadit ad Miriel, et inde vadit ad Pennam albam, quam aliqui dicunt Pennam altam; et de Penna alta descendit per lomam inter Buzetum et Sancto Martino de Rebolledo, et descendit ad ecclesiam, que jacet in plano, ac transit rivum de Oron et vadit ad primum portellum que e[s]t inter Amexugum et Mirandam, et inde vadit per senderum de latronis ad fontem de Gorejo et villa que dicitur Moricon, con suis custeris, et vadit ad Oterum, et inde vadit ad Sanctum Felicem, et inde per summum de Vardellos et per viam de carris vadit ad Bustum Rotundum et defesa defessa (*sic*) de Loberuela, et vadit ad Pennas fictas, et inde ad ripam custeram et inde vadit per carreram inter Pennueconaro et Pennam rubeam, et inde ad Castrejon et ad Oteruelo et ad pennam de Valdemajorem et collatum de Pennam acuta que dicitur de Porco, et inde ad foveam de la duenna et inde vadit per summum de Humion, et inde per çerrum descendit ad aquam traga et transversat vallem et inde vadit ad summum serre defesse de Mirabeche, et venit per summum serre ubi aquam pluviat: nun[c] dividitur et una partis descendit ad Boroviam et alia ad Cobellam, et ibi dividitur termi-

nus et venit ad fonte serre, et inde vadit ad vallem cavatum et descendit per vallem et vadit ad viam que venit de Ventossa, et ibi diviserunt terminis Castellum, venit ad Castellum picas et vadit rectam viam usque ad directum de Sancta Cruçe et ipsum çerrum descendit ad Rivo cavato.

Concedo vobis dicto conçilio montes usque ad Iberum ut in eis çedatis li[g]na et pascatis pecora et defendatis eos quos de mandato meo acquisitis de hominibus de Lantaron et de duodecim villas de Tovalina: et quod descendatis ad Iberum et adaquoatis die greges vestros, pecora et jumenta: itaque ut nocte cum vestris pecoras rebertatis [et] in ipsos montibus acubetis.

Item conçedo vobis montes de Fonte atalon usque ad Iberum quos de mandato meo homines de Lantaron et omes duos de Çiville de Tovalina vobis per conpusiçione dederunt, uti ipsi non dent portaticum in Pontecurbo.

Donno denique vobis dicto conçilio ut habeatis tale forum inter vos et illos qui volunt intus venire de locis aut de villis, que sunt in tea vestros terminos supradictos, ut libere valeant venire et populare a Pontecurbo cum domibus et hereditatibus suis.

Si quis vero de meis vel de estraneis, quod minime fieri credo, hoc meum factum disrumpere voluerit, aut super illud voçem levaverit vel diminuere presumpserit, iram Dei Omnipotentis plenarie incurrat, et cum Juda Domini traditore pennis infernalibus mancipatur.

Facta carta VIII<sup>o</sup> idus Marcii, era M<sup>a</sup> C<sup>a</sup> LXXX<sup>a</sup> III, imperante domino Aldefonso imperatore per totam Hispaniam.

Ego supradictus imperator hanc cartam fieri jussi, legentem audiivi et manu mea signo roboravi.

Rex Sanctius, filius imperatoris, confirmat. Raimundus Toletanus archiepiscopus confyrmat. Victor Burgensis Ecclesie electus confirmat. Petrus Palentinensis episcopus confyrmat. Petrus Segoviensis episcopus confirmat. Berengarius Salamantinus episcopus confirmat. Gutierre Fernandes, princeps Castelle, confirmat. Nunno Petri alferix imperatoris confirmat. Gundisalvus Ruiz, senior Borovie, confirmat. Rundericus de Borovia confirmat. Petrus Petris confirmat. Aldefonsus Nunnez confirmat. Michael Felices, majorimus imperatoris, confirmat. Petrus, Berberensis archidiaconus, confirmat. Pelagius Petri confirmat. Ferdinandus Vermudez confirmat.

### *Privilegio de Alfonso VIII a favor de los clérigos y conçejo de Pancorbo.*

Pancorbo, 13 de septiembre de 1176.

[Archivo de Silos. Ms. 10, fol. 4, copia del padre Liciniano Sáez. Alfonso X y Juan I hallándose en Burgos confirmaron este privilegio, en 6 de noviembre de 1255 y en 26 de febrero de 1386. B. N. Ms. D.

41, fol. 170 v. y D. 94, fol. 19, mención. La copia de la confirmación de Juan I trae la lista de confirmantes, pero no menciona la de Alfonso X. La fecha de este documento es del año 1176, pues a éste ha de atribuirse la toma de Leguín, señalada en el texto, y no al de 1175 como quieren todos los historiadores. Con esta escritura podemos citar otras tres que señalan la fecha de 1176 (Escalona, *Hist. de Sahagún*. Escrit. 188; Vignau, *Indice de documentos*, p. 37; Moret, *Anales de Navarra*. Lib. 19, cap. VI), y además las que trae Llorente (*Provincias Vascongadas*, IV, 198 y V, 88). Este cúmulo de documentos hacen más fe que todos los historiadores; en buena crítica es siempre preferible el testimonio de diversos documentos de distintas proveniencias, como son los que citamos, que no las obras históricas.]

Tam presentibus quam futuris notum sit ac manifestam quod ego A[ldefonsus] Dei gratia rex Castelle, una cum uxore mea Alienor regina, grato animo et voluntate spontanea, pro animabus parentum meorum et salute propria, vobis concilio de Pontecorbo, tam presenti uam futuro, dono iure hereditario et vobis in perpetuum habendum concedo ut fonsadara, quam in Marçio dare solebatis, ad festum sancti Michaelis de cetero in uno quoque anno semper donetis, duos videlicet solidos de moneta regis.

Dono etiam omnibus clericis Pontis-curbi, tam presentibus quam futuris, sibi que iure hereditario in perpetuum habendum concedo, ut de cetero licentiam habeant faciendi et donandi de omnibus rebus suis quastancumque habuerint quidquid voluerint, tam infirmi quam sani; et in qualibet hora bona sua dederint cuicumque placuerit, donatio quam dederit et fecerit sit stabilis et firmis.

Insuper autem omnes foros quos antiquitus habuistis vobis habendos concedo.

Si quis autem hanc cartam in aliquo frangere vel diminuere voluerit iram Dei omnipotentis incurrat et regie parti mille morabetinos cauto persolvat.

Facta carta in Pontecurvo era M<sup>a</sup> CC<sup>a</sup> XIII<sup>a</sup> idus septembris in reditu expeditionis Navarre quando Serenissimus Rex predictus A[ldefonsus] Leguín cepit.

Et ego rex A[ldefonsus] regnaus in Castella et Toletto hanc cartam manu propria roboro et confirmo.

*Alfonso VIII concede al concejo de Pancorbo el privilegio de nombrar sus jueces.*

Santo Domingo de la Calzada, 23 de junio de 1180.

[Archivo de Simos. Ms. 10, fols. 7-10, copia del padre L. Sáez. Alfonso XI, en Madrid, a 25 de diciembre de 1339 confirmó este privilegio, y de su original sacó la copia el padre Sáez.]

In nomine Domini nostri Jhesu Christi Amen. Notum sit tam presentibus quam futuris quod ego Aldefonsus, Dei gratia rex Castelle, una cum uxore mea Alienor regina, libenti animo et voluntate spontanea pro animabus parentum meorum et salute propria facio cartam donationis, absolutionis et libertatis vobis toti concilio de Pontecurbo, presenti et futuro, imperpetuum valituram.

Dono itaque vobis pro foro et in perpetuum jure hereditario habendum concedo ut nunquam de cetero Rex nec dominus ville in Pontecurbo ponat nec ponere debeat iudicem pro foro nec per premium nec per violentiam; et hoc forum ratum et firmum omni tempore perseveret.

Si quis vero huius mei fori cartam in aliquo rumpere, inquietare vel diminuere presumpserit, iram Dei omnipotentis plenarie incurrat et cum Juda Domini proditore penis infernalibus mancipetur; et insuper regie parti mille aureos in cauto pectet, et damnum quod intulerit vobis prefato concilio de Pontecurbo, presenti et futuro, vel vocem vestram pulsanti dupplatum restituat.

Facta carta apud Sanctum Dominicum de la Calzada era M<sup>a</sup> C<sup>a</sup> XVIII<sup>a</sup> nono kalendas Julii, anno secundo ex quo serenissimus rex prefatus Aldefonsus Lucronium a rege Navarre adquisivit.

Et ego rex Aldefonsus, regnans in Castella et Toletu, hanc cartam quam fieri mandavi manu propria roboro et confirmo.

Magister Geraldus, Regis notarius, Petro de Cardona existente cancellario, scripsit.

*Alfonso VIII confirma los anteriores fueros de Pancorbo, y el cambio de un solar del municipio, efectuado por don Diego López de Haro.*

Cuenca, 22 de febrero de 1195.

[Archivo de Silos, Ms. 10, fol. 2. El original aún se conservaba en Pancorbo, pero sin sello, cuando sacó la copia el padre Liciniano Sáez. Salazar y Castro, que cita este documento, puso la fecha de 21 de febrero (*Historia de la Casa de Lara*, I, 152.)]

Presentibus et futuris notum sit ac manifestum quod ego Aldefonsus, Dei gratia Rex Castelle et Toleti, una cum uxore mea Alienor regina et cum filio meo Ferrando, concedo et confirmo vobis universo concilio de Pancorvo militum, clericorum et laicorum, presenti et futuro, omnes consuetudines et foros quos avus meus illustris memorie A[ldefonsus] imperator et pater meus felicis memorie Dompnus S[anctius] vobis concessit et quos ego dedi vobis et in diebus meis habuistis, jure hereditario in perpetuum habendos et irrevocabiliter possidendos.

Preterea concedo pariter et confirmo illud concambium quod fecit Dompnus Didacus Lupi de Faro cum Dompna Elvira et parentibus suis de commutatione illorum solarium in Pancorvo cum consensu concilii et

judicum ejusdem ville, pro illo quod dederunt ei in Prato de Vivar ut sit perhermniter ratum et stabile.

Si quis vero hanc cartam infringere presumpserit, iram Dei Omnipotentis plenarie incurrat, et insuper regie parti M<sup>o</sup> aureos in cauto persolvat et dampnum quod vobis intulerit duplicatum restituat.

Facta carta apud Concham era M<sup>a</sup> CC<sup>a</sup> XXXIII<sup>a</sup>, VIII<sup>o</sup> kalendas Marcii.

Et ego rex A[ldefonsus] regnans in Castella et Toletu hanc cartam roboro et confirmo.

Martinus Toletane Ecclesie archiepiscopus et Hispaniarum primas confirmat.

(Rueda) † Signum Aldefonsi regis Castelle. Petrus Ruderici de Guzman maiordomus curie Regis.

Didacus Lupi de Faro, alferiz Regis.

1.<sup>a</sup> col.

Marinus Burgensis episcopus cf. Ardericus Palentinus episcopus cf. Martinus Oxomensis eps. cf. Garsias Calaguiritanus eps. cf. Johannes Conchensis eps. cf. Comes Petrus cf. Comes Ferrandus cf. Gonzalvus Roderici cf. Egidius Gomez cf. Rodericus Sancieri cf. Gonzalvus Gomez cf. Guillelmus Gonzalvez cf. Alfonsus Telli cf. Didacus Lupi, merimus Regis.

Didaco Garsie existente cancellario, Magister Mica, domini Regis notarius, scripsit.

*Fernando III otorga privilegio al concejo de Pancorbo para que pueda mudar todos los años sus alcaldes según fuero y sin contradicción del que tuviese el gobierno de la villa, ni de su prestamero.*

Dueñas, 30 de junio de 1219.

[Manuel Rodríguez (Miguel), *Memorias para la vida de San Fernando...*, pág. 294. Silos, ms. 10, fols. 2-3.]

(Crismon) Notum sit omnibus hanc cartam videntibus, quod ego Ferrandus Dei gratia rex Castelle et Toleti ex assensu et beneplacito regine Domne Berengarie genitricis mee, et una cum fratre meo infante Domno Alfonso, facio cartam concessionis, confirmationis et stabilitatis vobis concilio de Pancorvo presenti et futuro, perpetuo validuram.

Concedo itaque quod liceat vobis mutare secundum vestrum forum alcaldos vestros singulis annis sine contradictione cuiuslibet domini qui villam de me in honorem tenuerit, vel prestamarii sui.

Concedo etiam quod de exitibus et pratis ville vestre ad utilitatem concilii vestri possitis facere quod volueritis, dare, vendere et partiri, ita tamen quod inter vicinos fiat quidquid super hoc fuerit faciendum,

et quod vie publice non claudantur, nec in hoc aliquis vicinorum vel circumadiacentium injuriam seu detrimentum indebitum patiatur.

Siquis vero hanc cartam infringere ve diminuere in aliquo presumpserit, iram Dei omnipotentis plenarie incurrat, et cum Juda Domini peditore penas sustineat infernales, et regie parti aureos in cauto persolvat, et damnum vobis super hoc illatum restituat duplicatum.

Facta carta apud Domnis II<sup>o</sup> kalendas Julii era M<sup>a</sup> CC<sup>a</sup> L<sup>a</sup> VII<sup>a</sup>, anno regni mei secundo.

(Rueda) † Signum Ferrandi regis Castelle.

Lupus Didaci de Faro, alferiz Domni Regis cf. Gonzalvus Roderici maiordomus curie Regis cf.

Rudericus Toletane sedis archiepiscopus, Hyspaniarum primas cf.

1.<sup>a</sup> col.

Mauricius Burgensis eps. cf. Tellius Palentinus eps cf. Rodericus Segontinus eps. c. Geraldus Secobiensis eps. cf. Garsias Conchensis eps. cf. Melendus Oxomensis eps. cf. Dominicus Abulensis eps. cf.

2.<sup>a</sup> col.

Rodericus Didaci cf. Alvarus Didaci cf. Alfonsus Tellii cf. Alvarus Petri cf. Rodericus Roderici cf. Joannis Gonzavi cf. Garsias Ferrandi, maiordomus Regine cf.

Joannes domini regis cancellarius, abbas Valloleti cf. Gonsalvus Petri de Arnell maior merinus in Castella cf. Dominicus Secobiensis jussu predicti concellarii scripsit.

*Alfonso X descuenta al concejo de Pancorbo en sus pagos a la Corona la cantidad que los judíos de su municipio satisfacían por separado.*

Sevilla, 13 de mayo de 1263.

[Arch. de Silos. Ms. 10, fol. 10, copia sacada del original, que estaba escrito en pergamino, por el padre Luciniano Sáez.]

Don Alfonso, por la gracia de Dios rey de Castilla, de Toledo, etc., al concejo de Pancorvo salut et gracia. Vimos vuestra carta que nos embiastes con Joan escrivano, vuestro vecino, et Martin Martinez, nuestro escrivano, et ellos mostraronnos vuestra hacienda et fecho de vuestra villa, et dixieron nos que los judios solien pechar convusco en los quatrocientos moravedis de la martiniega que soliedes dar et en la fonsadera et en la enfurcion et en los otros pechos que vos acaescien de pechar. Et porque nos mandamos que los judios pechasen apartadamiente et non pechasen convusco, dicen que se vos faze mucho et que lo non podedes complir. Et pidieron nos merced por vos que vos bajasemos de aquellos quatrocientos moravedis et de los otros pechos aquellos que nos toviesemos por bien. Et nos por fazervos bien et merced quitamos vos de aquellos quatrocientos moravedis et de la fon-

sadera et de la enfurcion et de los otros pechos que avedes a dar toda aquella parte que los judios pechaban quando convusco solien pechar, et mandamos a aquellos que ovieren de recabdar la martiniega et la fonsadera et todos los otros pechos de Pancorbo que vos lo non demanden; sinon aquel que lo fiziere a el et a lo que oviese nos tornariemos por ello. Dada en Sevilla, el rey lo mandó, domingo XIII días de mayo era de mill et CCC et un años.—Yo Joan Lopez la fiz escribir.

## II

## UN CONTRATO DE ARRENDAMIENTO DEL SIGLO XVI CON EL FORMULARIO IMPRESO

El documento notarial del siglo XVI que se transcribe a continuación ofrece el interés de presentar el formulario impreso en caracteres góticos. No he visto citadas ni reproducidas esta clase de piezas ni en la Diplomática de Muñoz y Rivero <sup>1</sup> ni en las modernas Paleografías de Villada y Millares <sup>2</sup>. Por ello considero interesante su inclusión en esta revista.

Se trata de un contrato de arrendamiento otorgado el año 1574 y tiene, como he indicado, el formulario impreso en caracteres góticos. Existen además abundantes ejemplares de esta clase en los varios protocolos notariales conservados en este Archivo Parroquial de Carbonero el Mayor (Segovia) <sup>3</sup>, unos con el formulario en góticos y otros en caracteres latinos. La parte impresa es la que va subrayada.

CARBONERO EL MAYOR, 19 DE FEBRERO DE 1574

ARRENDAMIENTO POR ANTONIO MARTÍN GARCÍA DE LA HEREDAD DE LA LÁMPARA PROPIA DE LA IGLESIA. UNA HOJA, PAPEL, LA PARTE SUBRAYADA ESTÁ IMPRESA EN CARACTERES GÓTICOS. ARCHIVO PARROQUIAL.

Sepan quantos esta carta de arrendamiento bieren comoyo anton

1 MUÑOZ Y RIVERO (Jesús): *Nociones de diplomática española*. Madrid, 1881.

2 GARCÍA VILLADA (P. Zacarías): *Paleografía española, precedida de una introducción sobre la Paleografía latina*. Madrid, 1923.

MILLARES CARLO (Agustín): *Paleografía española. Ensayo de una Historia de la Escritura en España desde el siglo VIII al XVII*, s. a. Editorial Labor, núms. 192 y 193. Barcelona. Buenos Aires, 2 tomos.

3 Algunos documentos de ese Archivo parroquial publiqué ya en el tomo IX (1932), págs. 322-334 del ANUARIO.